



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summula Casuum Conscientiæ

In Qva Agitur De Præceptis Ecclesiæ, De Officio Confessarii, Ac De
Censuris

Petrus <a Sancto Josepho>

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Articulus VII. De ablatione interdicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41572

Iudex Ecclesiasticus ferens censuram contra *C. Medicinalis*, de *sententia excommunicationis in 6.* aut ferens excommunicationem non præmissa monitione. Recipiens dignitatem, vel Abbatiam de manu laici Episcopus, vel alius sibi vsurpans ex redditibus Ecclesiæ vacantis. Episcopus, vel Abbas alienans bona Ecclesiæ. Violans interdictum locale ab homine, vel à iure. Episcopus, aut Superior Prælatus in visitatione recipiens ultra ea quæ iis debentur. Iudices Ecclesiastici priuantes beneficiis officiales Romanæ Curiæ, vel alios pro negotiis suis ad eam profectos. Clerici in sacris constituti, qui in crimine fornicationis jacent Prælati edentes commentaria in Tridentinum. Ac denique ii qui culpabiliter causam dederunt interdicto locali generali.

Nota 1. quantum in his casibus se extendat interdictum, ex authoribus qui ista latè tractant sumi posse 2 etsi quis ipso iure incurrat interdictum, cum vitandum non esse, nisi sit denunciatus.

ARTICVLVS VII.

De oblatione interdicti.

Interdictum ferri potest, vel in puram pœnam ob peccatum merè præteritum, vel per modum censurae ob contumaciam præsentem. Quando fertur priori modo: non solet ferri nisi cum limitatione temporis, quo elapso cessat, nec ante auferri potest nisi per relaxationem superioris. Idem dic si fertur sub conditione, quod hoc, vel illud fiat, tali enim conditione posita, cessat sine alia relaxatione.

At quando interdictum fertur posteriori modo, necessaria est absolutio, si fertur absolute: si autem sub conditione, tunc etsi probabile sit, posita eiusmodi conditione, interdictum cessare, probabilius tamen est adhuc requiri absolutionem.

Interdictum locale siue generale, siue speciale
cum

cum adhæreat solo, non tollitur destructo loco. Vnde diruta Ecclesia interdicta, non possunt corpora in illius solo sepeliri.

Interdictum personale generale tollitur, dissoluta communitate interdicta, etsi alio qui personæ ipsa quæ communitatem constituiebant, remaneant. Manent tamen interdicti ex ea communitate, qui causam dederunt interdicto.

At interdictum personale speciale non tollitur persona destructa: Vnde si personaliter interdictus ante absolutionem moriatur, debet relaxari interdictum quoad viuentes, vt scilicet cum in loco sacro sepelire possint.

Potest Episcopus tollere interdicta localia, & personalia generalia quæ iure communi imposita sunt, & non reseruaata. Porro nullum iuris interdictum locale est Papæ reseruaatum. At interdictum personale generale cæsetur reseruaatum, quando fertur sub limitatione temporis, vel alicuius conditionis. Vnde non potest Episcopus in eo dispensare, ante aduentum temporis, vel conditionis: nisi ex delicto occulto proueniat.

Quamuis possit Episcopus tollere interdictum locale positum a iure, non tamen latum à Papa, tanquam ab homine.

Non potest Parochus, vel alius simplex confessarius tollere interdictum locale, aut personale generale, potest tamen absoluerè ab interdicto personali speciali, nemini reseruaato.

Habens priuilegium absoluendi à censuris, in foro tantum pœnitentiæ, non potest tollere interdictum locale, aut personale generale:

at potest absoluerè ab interdicto
personali speciali, etiam
reseruaato.